

HIERONYMI CAR

DANI MEDIOLANENSIS, CL

VI'SQVE BONONIENSIS, MEDICI,

de Proportionibus, seu Operis Perfecti

LIBER QUINTVS

Prima diffinitio.




PROPORTIO ab Euclide sic describitur, Quòd sit duarum quantitatum eiusdem generis, quod ad magnitudinem attinet, comparatio certa.

Secunda diffinitio.

Proportiones per similitudinem dicuntur, cum quantitas quantitati comparat alterius generis, cui fingitur æqualis esse potestate.

Velut si a b fingatur monas in comparatione ad b c erit rectangulum a c æquale lineæ b c.



Tertia diffinitio.

Proportio æqualis proportioni est, cum eodem modo termini se habent inuicem in utraq;

Quarta diffinitio.

Proportiones secundum genus notæ dicuntur, cum nouimus, quòd sint maiores, aut minores. Nam cum æquales sunt, simul necesse est, ut cognoscamus genus, & speciem.

Quinta diffinitio.

Datum positione est: quod necessario ex positis certam habet quantitatem.

Sexta diffinitio.

Datum simpliciter dicitur, quod ex propositis cognosci potest, quantum sit.

Septima diffinitio.

Proportiones potestate dicunt, quæ sub comparatione aliarum quantitatum necessariam habentium cõnexionem solũ cognoscunt.

Hæ autem sunt aliquando eiusdem generis, cum primis ut numeri: aliquando alterius, ut linearum & superficierum, angulorum, & arcuum: aliquando eiusdem generis, & diuersarum specierum, ut arcuum per sinus, qua utuntur Astronomi.

Octaua diffinitio.

Proportio homonyma dicitur duarum quantitatum diuersi generis, sed alterius a b altero dependentium, uelut motus ad tem

A pus.

Cor^{na}.